



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

13. De Gatano Mimo, qui ob suas in B. Mariam blasphemias semel atque iterum monitus est, ac tand[em] grauit[er] punitus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

quod blasphemus illos conuiuas in suis ædi-
bus indignè tolerasset. Tum ille miser supplex
illi esse, veniamque delicti petere: & ne tam
civò morte mulctaretur, sed vt tempus ipsi pe-
nitentiæ relinqueretur orare. Virgo daturam
se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte
pœnas luiturum promittere: vimine autem,
quod manu gestare videbatur, genua eius cir-
cumcirca velut exarans circumscribere. Id vbi
factum, sacra Virgo quidem non apparuit am-
plius, sed illo somno discusso membra ea, que
vimine notata fuerant, à reliquo corpore dis-
rupta statim inuenit, & recentem inde sangui-
nem sensit profluere. Igitur in publicum pro-
ductus miser, fœdo & miserando habitu cor-
poris non minus quàm oris sui testimonio ve-
ritatem publicè confirmavit, hocque iustum
Dei iudicium omnibus promulgavit.

*James Moscus Euiratus in Prato spiritali cap. 47.
& D. Petrus Canisius lib. 5. cap. 20. operis Maria-
ni. De Gaiano Mimò, qui ob suas in B. Mariam blas-
phemias semel at quo iterum mouitus est, ac tandem
graniter punitus.*

CAP. XIII.

CVM hoc miraculo planè congruit, quod
Moscus Euiratus in suo Prato, Heliopo-
li, quæ Phœnicis est ciuitas, refert accidisse.
In hac, inquit, Mimò quidam erat Gaianus
nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricè
blasphemans, populo spectaculum blasphemans

230 COLLATION. SACRAM
miæ præbebat. Apparuit autem illi sancta De
genitrix, corripuens eum ac dicens: Noli qua
so, noli ita lædere animam tuam. Ille vero
sum deterius illam blasphemabat. Vnde ipse
tertiò eidem apparens, eadem repetebat. Cuius
autem se ille non corrigeret, sed plus quàm
blasphemijs adijceret, meridiè dormienti illi
apparuit, nihilque dicens, digito, solo signato
eius manus & pedes. Euigilans autem, inuenit
se truncatum manibus & pedibus: Atque
infelix vt truncus inutilis iacens, confiteba
tur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo
hoc passus esset, vtque propter blasphemiam
clemèter cruciatus fuisset. His affine est, quod
Vincentius Beluacensis adfert (*Par. 2. apud
hisor. lib. 8. cap. 104.*) quendam apud Lalle
tiam urbem, cum in taberna luderet tessera, in
dumque sibi inauspicato videret cedere, pœna
dicto ventri gloriose virginis Matris malè
xisse, & mox illum eodem loco subita & hor
renda morte luisse pœnas, à quibus ad zeno
num supplicium haud dubiè raperetur. Nam
Euagrium quoque, & suffragantem ei Nico
phorum audiamus.

*Petrus Canisius libro quinto cap. vigesimo, operis
B. virginis Mariae citans Euagrium & Nicopho
rum. De prefecto Tyberij Caesaris à B. Mariae
repto, quod blasphemus faueret, & de pena
solij in Christum & Mariam blasphemum.*

c. 1